
CENTRALE

ORATIO REVERENDI IN Christo patris & uiri undecunq; doctiss. Domini Hieronymi Balbi Episcopi Gurceñ. Serenissimi Principis Ferdinandi Archiducis Austriæ &c. Oratoris, una cum Illustriss. Petro a Corduba eius Collega coram Adriano. vi. Pont. Max. habita.









Rursus typis excusa, additis aliquot eiusdem Clariss. Balbi Epigrãmatis ad Adrianum Sextum Pont. Max. Reuerendiss. Cardinales, & alios.







Ad Adrianum . vi . Pont. Max:

SVſtulit Alcides nodoſæ robore clauæ
Monſtra /nouercales quæ peperere doli,
Nunc quoq; ne toto pax aurea ſurgat in orbe,
Erumpunt ſtygiis eruta monſtra uadis
Non tm̃ Diomedis equi,nec Taurus & hydra
Obfuit:aut uolucres marmaricuſq; Leo.
Quæ paucis nocuere, ſed hæc furialis Erynnis
Sacrilegum toto ſpargit in orbe nefas.
Adde ꝗ Herculeis tãtũmodo corpora mõſtris
Exciderant,animas hæc fera mõſtra necãt.
Quæ ſi ſuſtuleris:quanto mens corpore prǽſtat,
Herculea tanto laus tua maior erit.

Reuerendiſſimo Domino Bernar-
dino Cardinali.S.Crucis.

Relligio dulciſq; Comes ſapientia Cœlo
Elapſæ in gremium deſiluere tuum.
Vtq; tenet geminas cœleſtis regia diuas:
Pectore ſic numen fulget utrunq; tuo.

Reuerendiſſimo Domino Dominico
Cardinali Grimano.

Qđ tibi purpureo sint tempora cincta galero:
Qđq; pr̃ Venetæ Dux regat urbis opes.
Magna reor, maiora tamen/ q̃ numine ab ipso
Mens tibi sit cunctis irradiata bonis.
Nam lituos/trabeas/fasces/diademata/lauros.
Sępe dat alterna sors adimitq; manu.
At spes certa/fidesq; tenax/& robur amoris:
Non nisi siderei mittitur arce patris.
Nemo suis fretus uirtutibus/æthera speret
Scandere, diuini est muneris esse pium:

Reuerẽdissimo Dño Francisco Soderino
Cardinali Volaterrano.

Nuper in Elysiis animã dum quæro Solonis,
Iam rediit uitam rursus in æthereã.
Maia natus ait:q; si uis nosse Solonem,
Ora Soderini cerne uerenda patris:

Reuerendissimo Domino Antonio
Cardinali de monte.

Thytides Itaco quod erat, qđ Nestor Atridæ,
Hoc tibi dum uixit Iulius ipse fuit.
Te sine nil ualidis tentauit Iulius armis,
Te sine nil placida contulit ille toga,

Ingenio nam sæpe tuo uictoria parta est:
Ille truci gereret cum fera bella manu,
Cumq; triũphatas sua sub iuga mitteret urbes,
Parceret ut uictis gentibus, auctor eras:
Laus habet æqua duos: tñ est me iudice maius:
Hostes ingenio q̃ superare manu.

Reuerendissimo Domino Alexãdro
Cardinali Farnesio.

Cum primũ liquidas peperit te mater in auras,
Risit in Elysiis tetricus ille Cato,
Atq; umbris causam quærentibus impia dixit
Effugi postquam Cæsaris arma feri,
Excessit latio uitæ censura seueræ.
Nemo meis aptus moribus inde fuit,
Sed mõ Romuleo puer hic de sanguine cretus,
Effinget ueteres ac reuocabit auos,
Ille mihi morum fiet successor/& hæres,
Ille meæ specimen iam grauitatis erit.

Reuerendissimo Domiuo Petro
Cardinali Anconitano.

Petre teremneo nil concessure Lycurgo:
Gloria Cardinei Petre diserte chori.

Tu(quod pene negat stolidi mēs inscia uulgi)
Legibus eloquium posse coire doces.
Nanq; ita sacrarum numerosa uolumina legū
Pandis/ut Hybleo dulcius ore sones,
Hinc te purpurei moderantem iura senatus
Cernimus, & dictis cedere cuncta tuis.
Ars oīs mutila est:nec habet quo limite scādat,
Ni sit fulta sacri uiribus eloquii.

Reuerendissimo Domino Laurētio
Cardinali. S. Quattuor.

Tangitur ut nunq̄ Parnasia fulmine laurus:
Vt semper uirides explicat illa comas,
Sic tua Laurenti toto nitet aurea uirtus
Orbe:nec insidias,nec timet arma Iouis.

Reuerendissimo domino Iulio
Cardinali Mediceo.

Dum delapsa polo prudentia quærit vbiq;
Quos adeat,nullum comperit esse suum,
At postq̄ in Tuscis Medicen perspexit Iulum,
Dux ait erranti, Dux mihi solus eris.

Reuerendiſſimo Domino Ioanni
de Picolominibus Cardinali Seneñ.

Quod ſis Pontificum generoſa e ſtirpe duorũ:
(Stemmata nam tecũ iungit uterq; Pius)
Hoc fatale tenes, nam fato naſcitur/iſte.
Villicus: hic cerdo: Regius ille puer,
At q; Pontificum ſic æques acta duorum
Clauibus ut demptis cætera ſint paria,
Hoc uirtutis opus; ſed cum te moribus æquet
Pontificum uirtus/æquet & in ſolio.

Reuerendiſſimo Domino Pompeio
Cardinali de Columna.

Armorum fandiq; potens dea Pallas, in unum
Te, ſimul effudit numen utrunq; ſuum,
Et qua ſæuorum domuit fera corda Gygantũ,
Aegida pro clipeo donat habere tibi,
Et quo fulmineum reficit poſt bella parentem,
Hoc dedit eloquio te quoq; poſſe frui.

Reuerendiſſimo Domino Laurẽ-
tio Cardinali Campegio

O decus/o uerax patriæ uirtutis imago,
Quã bene de Lauri nomine nomẽ habes.
Vilescunt lauri,ni spiret Apollinis aura,
Quas prius in Daphne fouerat ille sua.
Te sine clauigeri sic Regia Principis aula
Languet/& afflatu statq; uigetq; tuo.

Reuerendissimo Domino Thomæ
Cardinali. S. Sixti.

Si samii sunt uera senis documenta, renasci
Si datur, atq; animas corpus adire aliud,
In te migrauit, sed numine plenus, Aquinas,
Sicq; eadem mens est ut tibi nomẽ idem.

Reuerendissimo Domino Aegidio
Cardinali. S. Matthei.

Sanguinea fatale geras ꝙ ab Aegide nomen:
Non necis indicium sed pietatis habes,
Aegide gorgoneos ut Perseus extulit angues:
Vtq; sua Pallas Aegide/monstra necat,
Sic tu sidereas fas est cui scandere sedes,
Noscereq; æterni mystica sacra Dei,
Doctrinæ clipeo uelut Aegide/ pectora septus,
Horrida ꝙ pellas scismata: nomen habes.

Eidem.

Horrida ceu Pallas cócussit in Aegide móstrá:
Cuius ab insigni nomine nomen habes,
Sic tu ter culta triplici ceu fulmine lingua,
Móstrosa infernis scismata mergis aquis.

Reuerédissimo domino Alexandro
Cardinali Cæsarino

Cæsaris agnomen merito tibi contigit uni:
Cæsare nam magno uel meliora facis.
Ille suis totum subiecit legibus orbem,
Calcasti pedibus tu scelus omne tuis.

Reuerendissimo Domino Ioanni
Cardinali de Saluiatis.

Quid potius de te mirer? uires ne capacis
Ingenii? sanctas an pietatis opes?
In te mista fluunt solidæ constantia mentis,
Sinceræq; tenax relligionis amor,
Teq; uerecundo collecta modestia uultu,
Teq; fides ornat, iusticiæq; iubar.
Tu triplicis sophiæ diuûq; arcana reuoluis,
Atq; homini quicquid fas didicisse fuit.

Te charites musæq; fouent / tibi cominus artes
Datq; suas Phœbus / datq; Minerua suas.
Laude sed humana est tollenda sciētia: uirtus
Cœlesti dignum te tua laude facit.

Illustrissimo Domino Ludouico a
Corduba Duci Suessæ.

Pugnaces inter ꝙ sis tam clarus hyberos,
Fulget ab antiquis hic tibi splendor auis.
Quod tibi sint ualidę specioso in corpore uires,
Naturæ acceptum sideribusq; refer,
Pinguia ꝙ placidæ teneas Dux arua Suessæ,
Præbuit hoc facili sors tibi larga manu.
Quod tibi iuncta thoro formosa Eluyra iugali,
Grande, sed aligeri munus amoris habes.
At tibi ꝙ sancti niteant sine crimine mores:
Et referas Priscum relligione Numam,
Non hæc fortunæ, nō hæc sunt munera fati:
Sed tua, laus omnis hæc tribuēda tibi est.
Nostra animi est uirtus, nr̄a est pietasq;, fidesq;
Cætera sub Regno sunt Dea cæca tuo.

Reuerendissimo Dn̄o Ioanni Ruso
Archipræsuli Consentino.

Vt cũ sæuit hyems, turget mare, solus ab alto
Castor/agit dubias per freta cæca rates,
Romuleas inter sic Consentine procellas,
Solus ades laceræ Stella secunda rati.

Eidem:

Quæ placidos fontes uisa est sulcare Carina,
Heu mihi q̃ uasto fluctuat illa salo,
Hanc miser ingressus, rapido ne subruar ęstu
Consentine bonis tu facis alitibus,
Tu Glaucus Phorcusq; mihi: tu sidera Lædæ,
Tuq; Helice uotis tu Cynosura meis.
Te duce nõ lybicas Syrtes/rabiemue Malęæ:
Nec metuã Siculi mõstra ꝓfunda maris.
Quem regit in fluctu tutela potentis amici,
Semper inoffensa nauigat ille rate.

Reuerendissimo Dño Christophoro
Marcello Archiepiscopo Corcyræ.

Inter tot scelerum facies, totq; impia monstra:
Monstra qbus stygiis p̃cipitamur aquis,
Tu coeli reseras aditus, & fata recludis:
Dauidicaq; canis mistica sacra lyra.
Tu rerum causas celso deducis olympo:

Factaq; de nihilo semina prima doces:
Et tibi fas puro radiatam lumine mentem,
Altius humanis exeruisse malis.
Scilicet ut nunq̄ cœno corrumpitur aurum:
Nec phœbi radios inficit atra dies.
Sic tenebras inter & nubila noctis opacæ,
Nil in se uirtus quo uioletur, habet.

Reuerēdissimo Domino Ioanni Hispano
Episcopo Conchio.

Phœbus in Aeneadū colles migrauerat olim:
Attuleratq; artes Græcia docta tuas,
Sed Gotus/atq; scythæ/iūctiq; ambobus alani,
Postquā Roma tuum cōminuere decus,
Barbariem fugiens peregrinum cessit in orbē:
Qua fluit irriguis Betis amœnus aquis.
Quid non fata rotant: reduces Iacobe camœnæ
Antiquos repetunt te remeante lares.
Iam cytharæ cantusq; uigēt: iam florida laurus,
Oraq; grandiloquo plena Marone sonāt.

REVERENDISS. PATRI ET ILL. D. BERNARDO. D. G. EPISCOPO TRIDENTINO AC. S. FERDINANDI PRINCIPIS CONSILIARIO, GEOR. SAVROMANVS PRAEP. VRATISL. ET CAES. IN VRBE PROCVR. S. P. D.

QVantū hoc tēpore Amplissi. Antistes, Ferdinandi Principis oratores, vniuersæ vrbi nō modo ornamenti, Sed & animi atq; alacritatis adtulerint, Argumēto oībus optimi & eloquētiss. præsulis Hieronymi Balbi oratio fuerit, Cuius admirabili ac prope diuina quadā dicēdi rōne, ita patrū intimos aīorū sensus inflāmauit & languētia in iis tēporū acerbitatibus, omniū ordinū studia erexit, vt multorū hic iudicio nihil ætas pridē nr̄a audijsse videatur grauius, Nihil ardētius, atq; vt tot orōnis insignia breui qdē, Sed peculiari præconio prosequamur, nihil mehercle augustius. Huic cū paulo añ eminētissimi hic quiq; Romanæ academiæ Proceres, In primis vero Lōge oīm, prudētiss. Archieps̄ Cōsentinus, Egre quæ Balbi ipsius ē, semperq; fuit modestia, Lucē impetrassent, Curaui extēplo iis typis propagādam atq; tuo cādidissimo Genio, qui eū, apud pricipē locū obtines, quē dudū meretur virtus tua & excellens doctrina inscribendā, Vt posthac nō tantū vrbs ipsa Sed italia atq; omneis Europæ populi hoc quasi classico, extremis pene reipu. tēporibus excitati, vndiq; tandē euocentur, Saga certatim sumāt. Et qui tādiu exterorū in finibus hostium arma arcere neglexerint ac duo munitiss. terra mariq; xp̄iani imperij propugnacula fœde p̄ discordiā ciuilē, destituerint, nūc demū p̄prijs a laribus, focis, & aris seruitutē atq; exitiū propulsare cōtēdāt. Val. Ro.

MAGNIFICO VIRO DOMINO GABRIELI SALAMANCAE, SERENISSIMI PRINCIPIS HISPANIARVM, ARCHIDVCIS AVSTRIAE, DVCIS BVRGVNDIAE ETC. THESAVRARIO SVPREMOQVE SECRETARIO. PETRVS SALAMANCA EIVS PATRVELIS, THEOLOGIAE DOCTOR. S.P.D.

SErenissimi Ferdinãdi Hispaniarũ Pricipis Nobilissima Legatio, multo splẽdore apparatuq; insignis, incredibilẽ Romanæ vrbi voluptatẽ attulit, At elegantissima plaeneq; diuina oro corã Adriano.vi.Pont.Max. in Augustissimo omniũ Cardinaliũ Senatu a Hieronymo Balbo Gurcẽ Præsule, Vnacũ Illustriss.viro Petro a Corduba, q̃ta Dij immortales admiratione? quo stupore oĩum mẽtes, aĩosq; defixit? Stupebãt sane non tã eloquẽtiã, quæ alioqui in eo viro summa est, q̃ pronũciationẽ, vocẽ, gestũ & grauitatẽ dicẽtis. Demosthenẽ mehercule aut Ciceronẽ diceres audiri. Ea igr̃ oro cum digna visa sit vt vbiq; & ab oĩbus nõ Romæ mõ, vbi summa cũ omniũ admiratione audita ẽ, legatur, a pudẽte & minime ambitioso hoĩe infinitis meis precibus extortã, typisq; cusam p̃terire nõ potui, quin ad te (quanq̃ eãdẽ admirationẽ nõ hẽat remota illa actiõis venustate) mitterẽ, vt sit quo abñs hoĩm tui studiosissimorũ, quorũ alterũ ob ipsius Strenuitatẽ, alterũ vero ob summã eruditionẽ, omni obseruãtia cõplector, ex his quæ hic agũt aut loquũtur, voluptate atq; ẽt gloria perfruare. Tu autẽ vir Prudẽtissime, fac vt cum omniũ beniuolentia tanto Principi obsequaris, qui & tibi & pluribus alijs tua causa beneficia collaturus est. Vale.

ORATIO HABITA AB ERVDITISSI mo Viro Hieronymo Balbo Præsule Gurcẽ. Serenissimi Principis Ferdinandi Archiducis Austriæ &c. Oratore, Vnacum Illustriss. Petro a Corduba coram Adriano Sexto. Pont. Max.

SI ulla unquam hominum memoria documentis apertissimis est declaratum, res humanas diuina ministrari prouidẽtia, id Beatiss. pater te Pontifice maximo cœlitus constituto luce clarius apparuit. Salutifere atq; adeo perclementer rerum omnium opifex ac moderator Deus de excelso sancto suo misericordes oculos in populum Christianum conuertit, Cum te Adriane Sexte in apostolico isto solio collocauit, iam enim eo procellarum ac tempestatum adducta erat Christiana respublica, ut propediem foret per extremum naufragium peritura, nisi te popportune Romanæ Ecclesiæ gubernacula capessente, pater æternus e mediis fluctibus nauem iamiam submergendam, ac pene obrutam eruisset, & te Vicario, te ministro, in tutissimum portum agere tranquillũq;

cœpisset. Quis enim ambigat? quin ille sis futurus, qui summa Sapientia, animiq; magnitudine, uniuersos Christianos omni non modo calamitate, sed etiam calamitatis ærumnarũq; formidine, quæ hinc a Mahometica rabie, inde a Venenatis hæresibus impẽdet, plane liberes? Cur enim de te non sperentur maxima quæq; & salutaria? in quo uidemus ea inesse omnia, quæ in summo Viro, in summo Principe, in summo Pontifice requiruntur. Diuino certe afflati spiritu sacratissimi isti patres, te pr ę omnibus unum delegerunt, ad Dominicum gregem, truculentissimis undiq; lupis circumseptum, pastorali cura ac uigilantia conseruandũ. Non enim clam & furtim, non ambitiose aut subdole ad summum Pontificatum irrepsisti, Sed cum nutu quodam consilioq; diuino, tum & uno & claro & eodem Cardinalium omniũ iudicio atq; consensu. Qui ut colis semper & honoras, & quotidianis sacrificiis precaris Christum Iesu, ita diuinitate suffragante feliciter auertes quicquid aut ab immanissimis Turcis, aut ab impurissimis hæreticis posset accidere incommodi, ut ad id non tam reprimendum, q̃ omnino comprimendum, & teipsum pares & alios excites. Viges tu quidem Cle-

mentissime pater totius sapientiæ perspicacia, rerumq; omnium, quæ ad bene ualent beateq; uiuendum pertractatione & usu, nihil te præterire potest, quod aut honestum sit aut expetibile, cum Deum semper ante oculos habeas, ad quem unum omnes tuos cogitatus, meditationes, consultationesq; refers. nullum habes cum uanitate commertium, nunquam a constancia grauitateq; discedis, nihilq; potius ducis in uita Charitate erga impollutam Christi religionem, pro qua etiam si sit usui, mortem oppetere & pium & pulcherrimum censes. optimo igitur iure simulatq; innotuit te ad apicem Pontificalem euectum, tanta per uniuersum (qua nomen Christianum diffunditur) orbem, lęticia permeauit, ut nemo sit, qui non ex densissima quadam tenebrarum caligine ad Sidereum iubar se translatum putet. Tuæ anteactæ uitæ honestissimi innocentissimiq; mores, & eximia bonarum omnium disciplinarũ eruditio, tantam de te apud cunctos bonos ac fideles Christi Iesu spem expectationemq; concitarunt, ut unum te omnes putent eum futurum qui non secus seruaturus sis uniuersum populum Christianum ex omni Barbarorum, impiorumq; sæuitia, quam summus sacerdos



Moſes ex Aegyptiorum Regis ſeruitute, gen/
tem electam liberauit. Omnes ſibi perſuadent,
hunc tuum Pontificatum fore, in quo poſita
ſint & conſtituta non Italiæ ſolum, Sed totius
reipublicæ Chriſtianæ ſplendor & dignitas, in
uniusq; tui ſalute & incolumitate bonorũ om-
nium ſalutem atq; incolumitatem ſitam eſſe &
collocatam. Quo quidem duce, auſpice, uexilli-
fero, omnes ærumnatum moles, omne exitium
ex populo Chriſtiano ſublatum iri confidunt.
Quis enim eſt adeo mentis inops, qui minus in
telligat te qui ad maximas res agendas es na-
tus, altus, educatus, in omniq; Sapientiæ ſtu-
dio diu ac multum exercitatus, non paſſurum
Chriſtianam rempublicã his miſeriis in quas
per ſocordiam & ignauiam aliorum eſt conie/
cta, diutius conflictari? Non uerebor in tam
celebri doctiſſimorum Virorum cœtu pauca
parce, ac moderate de tuis diuinis laudibus de/
liberare, Cum præſertim qui id de te faciat nõ
adulator, ſed qui prætermittat, aut malignus,
aut totius humani ſenſus expers eſſe uideatur,
Cum in te uno ſumma bonitas cum ſumma ſit
eruditione coniuncta, non enim is mihi uide/
tur præconiis præcipuis extollendus, qui bo/
nius ſit, ubi ſciendi careat ueritate, nec rurſus in

magnis uiris est habendus, in quo doctissime erudito, Virtus ulla desideratur. Es igitur tu pater Beatiss. cum perfectus homo, tum Deo q̄ simillimus, in omni diuina humanaq; Sapientia instructissimus. Nec enim solum eas disciplinas egregie calles, per quas itur ad gloriam, Sed multo etiam accuratius his & dies incumbis & noctes, quę ut ad Deum perueniatur, efficiunt. Te uno vero abstinentior, te innocētior, te sanctior, quis unquā uisus aut cognitus est? Tu unus omnium religiosissimus, tu frugalissimus, tu innocentissimus, tu integritatis, fidei, constantiæ, cæterarum deniq; uirtutum omnium es quoddam ueluti sacrarium & receptaculum. Nihil agis ad fucum, nihil das ostentationi, omnia conscientiæ trutina & mentis archano meritis, Illis quoq; maxime delectaris hominibus, qui nihil neq; ficti neq; simulati aut faciunt aut loquuntur, adeo ut in te optime cadat uersus ille, ab Eschilo poeta de Amphiarao scriptus, Nam uult uir esse, non uideri hic optimus. in te nunquam auaritiæ uel minima suspicio locum habuit, qui unus omnium mortalium haberis abstinentissimus, semperq; in omnes te benignū officiosumq; præbuisti. Quā bene prospectum est reipublicæ Christianę tuo

isto fausto Pontificatu, non te quæres locuple-
tare, non tuorum quenq̃ (ut alii plures) auro
atq; argento ingurgitare, qui iam tuus certe nõ
sis, sed Ecclesiæ Romanæ, sed Christi, cuius
uices sanctissime in terris geris. omnia referes
ad apostolicæ sedis dignitatẽ, Omnia ad Chri-
stianæ reipublicæ tutelam ac propugnationẽ.
Nec illud est uerendũ, ne cum blandientis for-
tunæ uultu, priorisquoq; uitæ instituta peruer
tas. Biantis illius ex septem Greciæ sapiẽtibus
celeberrimi, grauissima sententia perhibetur,
qualis sit, quisq; Imperio maxime declarari.
Quis ignorat extitisse non paucos, qui cum ui-
tam priuatam agerent, magnam de se opinio-
nem præbuerunt, & probitatis & continentiæ,
sed illi simulatq; maiorem aliquam potestatem
adepti sunt, non obscure ostenderunt se longe
alios esse q̃ simularant. Tu uero contra Beatiss.
Pater quæcunq; clarissimarum uirtutum orna
menta tibi compararas, dum priuatus uel in
Louaniensi Academia sacras litteras profitere-
ris, uel ea scriptis lucubrares, quæ nulla ætate
dilabentur, Eadem illa iam Cardineum gale-
rum, iam Pontificatum maximum adeptus in
concussa illibataq; retines, quæ eo etiam am-
pliora illustrioraq; uidentur, quo iam positus

in sublimi: quicquid agis, quicquid meditaris, ab omnibus obseruatur. Eadem frugalitas, eadem continentia, par disciplina, par in sacris eloquiis enucleandis ardor & studium. æqualis in cultu & uictu parsimonia, æqualis in omnes mansuetudo. Nulli seruis desidiæ, nulli est perturbationi apud te locus, nec minus clementer & leniter quã ubi res postulat, uel seuere uel censorie & dicis & facis omnia. nam illud quod ab Ambrosio prudentissime scriptum legitur perpetua memoria usurpare cõsueuisti. Quisqȝ in alieno peccato sui miseretur. Quis autẽ hoc quoqȝ in te non obstupescat, quod succissiua tempora, quæ plæriqȝ omnes ad usum corporis animiue oblectamenta cõuertunt, ea tu cuncta in agendi uel intelligendi studio tam accurate dispensas, ut nec momentum quidem ullum a uirtute aliqua exercenda uacuum ociosumue transmittas, Cogitans non ad cibum neqȝ potum, non ad leuem atqȝ prurientem sensuum titillationem eum esse natum, quem ad imaginem & similitudinẽ suam creauit Deus. Macte animi Pontifex maxime, qui in mera solidaqȝ uirtute tuum omnem cogitatum & spem collocasti, quiqȝ fortunæ non tam re quam nomine bona, ut fragilia, lubrica & caduca contemnis,

teq; ita præstas constantem & grauem, ita com
potem tui, Vt neq; rebus dubiis contraharis
unquam, neq; prosperis efferaris. Libet quasi
de altissima quadã specula cõclamare, O fœlix
terq; fœlix Adriane sexte, siue tu solus in hoc
coinquinatissimo sæculo numeros omnes exa-
ctæ, absolutæq; uirtutis noscaris impleuisse,
siue tuo exemplo alios quoq; ad pie religioseq;
uiuendum traduxisse. Quemadmodum enim
turpe est (ut senior Cyrus dicere consueuit)
quempiam imperare, qui in omne genere uir-
tutis, subditos suos non antecedat, ita certe fe
rendum non est ut Principibus subditi sint om
nino dissimiles. Sed quo nam temerario cona-
tu præceps rapior? ut meæ tenuitatis oblitus, di
uina tuarum laudũ præconia, sermonis inopia,
non tam attingere quã attenuare uidear, subsi-
stam, & eo reuertar vnde nostra deflexit oratio.
In hac publica Christiani orbis exultatione
Serenissimus Ferdinandus Archidux Austriæ,
sacriq; imperii moderator, qui hunc Illustrem
Petrum a Corduba Comitem Capræ & me ad
Sanctitatem tuam Oratores delegauit, tantum
solidæ leticiæ imis præcordiis exhausit, quantũ
nec cogitatu quidem assequi, nedum uerbis
effari quisquam possit. Et cum tuæ Beatitudini

gratulatur, tum immortales omnipotenti Deo gratias agit, qui dexter tandem calamitatibus nostris illuxit, & tua fide, abstinentia, pietateq; erga se delectatus, solum dignum duxit, qui sanctissimum nomen suum sustines & tuearis, illudq; in uniuersam terram transfundas, Sed hæc omnes ex aqua & spiritu renatos: tangit gratulatio. Hæc Beatiss. pater uniuersis fidelibus leticiæ communis est ratio, illa uero propria & peculiaris Quod Ferdinandus a teneris unguiculis tuus alumnus, tuisq; optimis ac sanctissimis institutionibus imbutus, & in eodem tecum contubernio diutissime uersatus, quo propinquius & familiarius eximias excelsi tui animi dotes, introspexit, eo perspicacius intuetur, quantum accessionis quantumq; incrementi te habenas Romanæ Ecclesiæ moderante, Christiana respublica sit adeptura. Et perinde habet cur cæteris ardentius cum tibi tum uniuerso Christiano Orbi gratuletur, nec enim uidet ullum tam formidolosum imminere discrimen, quod (qua es animi generositate ac magnitudine) non auertere, uel potius omnino superare ualeas. Venisti in altum ac procellosum mare, sed super illud prædecessor tuus Petrus cum iam dubitare desiisset, siccis pedibus am/

bulauit. Ingressus es fluctuantem nauiculam,
sed quæ mergi non potest. fidem nouis hæresi
bus labefactatam ut stabilias, oportet, sed pro
illa orauit Saluator ut non deficeret. Sarcinam
longe omnium grauissimam humeris gestas,
sed huic labori ministri sunt cœli, adiutor Chri
stus. fuisti hactenus homo diuinus, sed iam fa/
ctus es Deus humanus, Quo quidem nomine
Ferdinandus non solum Sanctitati tuæ totius
gaudii exultationisq; authori, Verum amplissi
mo quoq; istorum patrum Senatui gratulatur,
qui usq; adeo Ecclesiæ Romanæ rationem ha/
buerunt, ut in reddendis suffragiis commodo/
rum suorum obliti, tibi uni partes suas conces
serint. Vnum est dumtaxat Clementissime pa
ter, Quo magnopere pturbamur. Iusserat tuus
alumnus, ut coram hoc sacratissimo consessu,
suæ leticiæ non tam causam quã etiam magni/
tudinem pari uerborũ ambitu explicaremus,
quæ cum sit tanta, ut ingeniorum omniũ cap/
tum, existimationem q; excedat, & neq; fronte
celari, neq; intra mẽtis recessus cohiberi possit,
eam ipse nutu, gestu, uultu, ore, totius deniq;
corporis habitudine, significationeq; demon/
strat, quam nostræ Legationis partem, & illã
quidem omnium maxime necessariam, inuiti,

coactiq; omittimus, magnitudine scilicet affe-
ctus atq; huius officii: Orationis nostræ faculta-
tem excedente. Nec est ideo tamen cur eius in
te pietatem, Sed cur nostram imbecillitatem ac
cuses, uel potius tui splendoris lucem agnoscas,
Quæ non modo rudem hunc, illepidumq; ser-
monem, Sed quamlibet etiam eloquentiam
perstringat. Vtinam, utinam uidisset tua San-
ctitas, quo animi ardore, quo studio, qua con-
tentione optimus Princeps nobis ad te abeunti
bus mandata dederit, quibus uocibus iam egre
dientes sit prosequutus, iudicares profecto nos
in eius lætitia recēsenda/mutos & prorsus elin
gues fuisse. Sed iam reliqua pars ꝓuinciæ no-
bis demandatæ superest absoluenda, Videlicet
ut tibi ac sacrosanctæ sedi apostolicę obsequiū
submissionemq; præstemus, in quo & si nihil
noui aut diuersi a cæteris hoc ipso munere fun
gentibus, simus allaturi, tamen (quod citra
iactantiam, bonaq; aliorum uenia dictum ue-
lim) nemo est mortalium omnium a quo am/
pliora Sanctitati tuæ & Romanæ Ecclesiæ aut
paratiora sis officia expectaturus. Inclyta enī
Austriæ Domus, qua nihil in Orbem uniuer
sum Sol uidet insignius, nihil illustrius, nec
melius, ut obsequentissima filia per mille uia-

rum anfractus, per mille tortuosissimos euripos, Catholicam ecclesiam, quasi matrem indiuiduam semper est consecuta, non alpes, non hostiles incursus, non hæreses, non schisma aliquod illam potuit unquam auellere. Declarauit hoc nuper Diuus Maximilianus, huius nostri Principis paternus Auus, qui quandiu in humanis degebat, neq; animi robore, neq; virtutis magnitudine, in rebus fortiter, sapienterq; pro ecclesia obeundis, ullo tempore defuit, nihilq; maius aut antiquius habuit, quam Christianam religionem in pristinam dignitatem & splendorem reuocare. Quod si per domesticos hostes licuisset, illius ductu atq; auspiciis, omnis Mahometica supstitio aut redacta iam foret ad sacrosanctum Christianę religionis imperium, aut radicitus ex genere hominum extirpata. Quamquidem gloriam tibi Carole imperator Christianissimæ ab Opt. Max. q; Deo seruatam esse credimus. Quid de Catholico illo Hispaniarum Rege Ferdinando? sub quo ut pote auo materno noster hic Ferdinandus & militandi tyrocinia, & bene regendi rudimenta prima cępit, Nonne uictricibus suis armis? post Beticam (quæ iam granata dicitur) ex sarracenorum faucibus ereptam, & ad fidei puri-

tatem restitutam, tot barbaras nationes ante hac omnino incognitas, & nec auditas quidē, in ditionem pietatemq; Christianam redegit: cuius splendidissimum nomē, ob res tam multas, tam præclaras, tam magnificas, pro religionis Christianæ splendore, proq; Romanæ ecclesiæ amplitudine, non minus strenue quam fœliciter gestas, nulla unquā posteritas obscurabit. Nam Philippum patrem maiorum uestigiis ingressum, & ad nominis æternitatem per egregia facinora iam aditum sibi munientem, in ipso maximarum rerum gerendarum cursu, mors immatura præripuit. Sed quo nam piaculo te silebo Reginarum decus Isabella nostri Principis Auia generosa, quam maximus ille tuus coniunx Ferdinandus ut diuinæ suæ uirtutis habuit expressam viuamq; imaginem, ita rerum a se gestarum sociam, ducem, auxiliatricem, adeo ut nemo non animaduertat illius gloriam qua nulla maior, tui nominis gloria quasi condiri ac reddi illustriorem. Tu quippe vnica vnicæ phœnicis instar non modo genus muliebre in omni laudis genere lōge superasti, sed inter summos etiam uiros cum sapientia & iusticia tum animi mugnitudine Principem locum es adepta, cuius fama indies magis ma

gisq; propagatur atq; efflorescit, Ex his ortus progenitoribus Ferdinandus,quãtum per æta tem licet, die ac nocte operam dat, ut cum in nulla uirtutum laude, tum in cultu diuino,ac sedis apostolicæ obseruantia, nulli sit proauorum suorum secundus, Vt qui ab incunabulis te in primis Sapientissime pater authore & magistro,omnem bene ac religiose uiuendi institutionem ita obiuit, ut nihil hoc in genere in eo requirendum cuiquã reliquerit. Qui iam qua ueneratione pientissimum filium decet:per nos eius Oratores & delegatos,plenam tibi & huic sacrosanctæ sedi apostolicæ obseruãtiam ac obsequium offert, seq; tuo dicto in omnibus obedietem,tuaq; in potestate semper futurum pollicetur. Iccirco Beatissime pater / te indubitatum Christi Vicarium: nec solum uerum sed etiam meritissimum,te Petri successorẽ,te Romanum Pontificem agnoscimus, tibi ut Christianorum Principi, ut uniuersali(quoad spiritalia)Domino, reuerentiam subiectionemq; præstamus, & Vicariam Christi personã(quã geris in terris)ut diuinam & cœlestẽ colimus, ueneramur,adoramus. Suscipe igitur maxime Pontifex hanc tui Ferdinandi professionem,ea mente & hilaritate,qua ipse ouem pascuæ tuæ

ſe profitetur, Qui nec fratri quidem germano
Carolo Imperatori deſignato,in te colendo atq;
obſeruando ulla ex parte concedit. Quantum
autem ſingulari tuæ fidei, integritati ac proui-
dentiæ Carolus ſemper attribuerit,uel hinc eui
dentiſſime apparet, quod cum ſuperiori trien-
nio, ob res imperii cōſtituendas, ſtabiliendaſq;
in Germaniam nauigaſſet, te præcipuum uni
uerſis Hiſpaniis, totq; ferociſſimis ac Bellico-
ſiſſimis nationibus moderandis pfecit, In quo
magiſtratu ex tuis integerrimis moribus, cla-
riſſimiſq; actionibus/ eam es laudem & fructū
uberrimum conſecutus, ut ex hoc tam inſigni
& numeroſo Cardinalium cœtu, tu unus non
modo abſens, & in remotiſſimo terrarū tractu
ſeiunctus, Sed nec cogitans quidem, cunctis
ſuffragiis, incredibili cum omnium non ſolum
conſenſione, ſed etiam plauſu, declaratus ſis di
gnus qui in tantis rerum omnium perturbatio
nibus,uniuerſam Chriſti religionem protegas,
ſuſtineas, & incolumem reddas.tuaq; hæc talia
& tanta animi bona,quæ tibi partim natura pe
perit, partim ſtudium exercitatioq; compara/
uit, ad defenſionem religionis, ad communē
omnium utilitatem ac ſalutem conuertas. Aſpi
ce pater pientiſſ. Vt uniuerſus terrarum orbis

ex peruersis & perditis moribus, totus fere sit factus redẽptori suo cõtumax ac rebellis. hæreses ubiq; pullulant, ubiq; erumpunt, ubiq; propagantur, quibus infœlix plebs & ad omnem rerum nouandarum uarietatem obuia semper & exposita, uelut pestifera quadam contagione tabescit, adeo ut nõ contẽnenda Europæ pars, & quæ hactenus omni monstro caruit, tota sui dissimilis euaserit, quoniam cum religione superstitio, cum fide perfidia, cum pietate impietas, cum ueritate mendacium nullo pacto cohæret. In quo tanto incendio, (ne in maiores flammarum uortices erumpat) extinguendo, Sanctitas tua Ferdinandum uel præcipuum adiutorem habet, qui ut est acerrimus Christianæ ueritatis assertor, nulla difficultate perterritus, in eo totus incubuit, ut infernus iste Draco, unde hoc omne Venenum effluxit, ex miserorum mẽtibus eruatur. Est profecto hæresis omnis ab immundo illo spiritu, qui ob ingratę ac diræ mentis superbiam, Creatori suo impudẽtissime aduersari per omnem immanitatem est ausus, & ob scelerum effrenatam magnitudinẽ ex illa cœlesti beatitudine in miseriam sempiternã detrusus, Habet tamen proh dolor (nam se in angelum lucis qnandoq; trãsfotmat) suæ

rebellionis plures, eosdemq; obstinatissimos se ctatores, quorũ uenenata dogmata, ut iam tua Sanctitas plenissime confutauit, opere illo eru/ ditissimo, in primisq; salutari nuper a te in lucẽ edito. Sic in posterum si quas tenebras purissi mæ fidei candori obtendent, tuæ sapientiæ ra/ diis ita discuties atq; repelles, ut Euangelicum illud merito tibi sis uendicaturus, Venit Prin ceps huius mundi, & in me ptãtem nullam ha bet. Aut si nec admonitionibus, nec cõsiliis, nec rationibus, ad sanitatem reduci poterunt, ante iudicis æterni tribunal rõnẽ suæ uillicationis, atq; talenti non tam defossi q̃ hostibus proditi, tunc reddere cogẽtur, cum totius diuinæ grãæ & misericordiæ gremium sibi pclusũm esse cogno scent, Quis enim ignorat solere Deum flagitio/ sos nefariosq; homines ferre aliquãdiu, sed per ferre nunq̃. Expetet inq̃ imortalis Deus, expe/ tet iustas debitasq; pœnas ab his desertoribus & transfugis, qui militatis Ecclesiæ uexilla per omne scelus & impietatẽ prodiderũt, Illosq; tuo splẽdidissimo triumpho captiuos cathenatosq; subiiciet, Sed hæc vtcunq; cũ hæreticis nobiscũ domi uersatur colluctatio, illa uero foris impẽ/ det calamitas, ne dicã exitiũ, Cũ uires Turcicæ hac misera tẽpestate magis magisq; inualescãt,

& Mahometica superſticio, perfidia, impietas, ſacroſanctam Chriſti religionem, fidem, pieta/ tem, uſq; adeo iam oppreſſerit, ut uix ſe conti/ neat. Vides tu pater ſapientiſſime perfidos ho ſtes extremam noſtræ religioni, peſtem, atq; p/ niciem machinantes. Vides primarios Chriſtia ni nominis ductores, neſcio qua infœliciſſimi fati inuidia, dũ inter ſeſe mutuis armis digladi antur, nõ modo non repugnantes tantæ Turca rum immanitati, Sed eam potius per conten/ tiones & diſſidia nutrientes. Vnicus Ferdinan dus (a uerbo abſit inuidia) publicam propu/ gnandæ religionis cauſam uidetur per id tem/ pus ſuſtinere. Qui in hac Principatus nouitate, ſupra uires, ſupraq; facultates, exercitu conſcri pto, & ſub ſignis collocato aliquot Arces Croa/ tiæ, in quarum ſalute totius Prouinciæ ſalus continetur, iamiam deditionem facturas, a du/ riſſima Turcarum obſidione liberauit. Et nũc licet ærario tot bellicis oneribus exhauſto, Car niæ tamen atq; Auſtriæ limites, unde Turcis ad forum Iulium & reliquam Italiam iter expe ditiſſimum patet, ab ipſorum impetu & irrup/ tione tuetur, reliquis Chriſtianis Principibus tam piam, tam ſanctam, tamq; neceſſariam ex peditionem, non modo nihil iuuantibus, Sed

ne iuuare quidem cogitantibus. Quis sine dolo re & gemitu referat? ut proximo biennio effe-ratæ illæ bestiæ in Pannonia inferiori Taurunum (uulgus Belgradum uocitat) id est totius Christianitatis munimentum & propugnaculum, quasi per ludum iocumq; occuparunt, Hungaris per assiduas cædes & uulnera debilitatis, tamq; immanem & indomitum hostem amplius sustinere nequeuntibus, Quo quidem tempore flumina quoq; ipsa Drauum, Sauum, Danubiũ ualidissimis præsidiis utraq; in ripa collocatis, in potestatem redegerunt, Illis autem fluminibus (o acerbissimum uulnus) omnis Turcica procella, quominus ad interiora Italiæ & Germaniæ uiscera se diffunderet, atq; inundaret, uelut firmissimis obicibus coercebatur, Quis mortalium inuentus est, quẽ aut instantis periculi uicinitas, aut defensandæ religionis charitas, aut illius calamitosi Regni (sed olim clarissimi, & de uniuersa Christiana republica quã optime meriti) commiseratio, ad ullũ præstandum auxilium mouerit? Nonne ut cõmuni sensus carẽtes & plane saxei ad omne decus & ignominiam obduruimus? nonne tantam illam ruinam, quæ propediem (nisi aliter Deus prospexerit) in nostrorum omnium cerui

ces est collapsura, quasi nihil omnino ad nos at tinentem neglexímus, contempsimus, dissimu lauimus? Quorsum autem clades Hungaricas ab hinc biennio acceptas nunc repeto? Ecce re pente inopinata tempestas ad nobilissimam In sulam Rhodum euertendam irrupit, quæ sep tem cōtinuos menses, per summas difficultates obsessa, terra, mariq; acerrime oppugnatur, in fœlici illa Rhodianorum militum manu, quæ sola tam grauis & ærumnosi belli pondus mo lemq; sustinet, partim iā trucidata, partim uul neribus ac inedia pene confecta, Cum interim uiuentium nemo (o inauditum torporem & so cordiam) ad repugnandum uel ulciscendum se accingat, Heu miserā atq; infœlicem Christia næ religionis sortem, O cęcas nostrorum Prin cipum mentes, quos tantus perturbationū stu por oppressit, ut perinde atq; in theatrali ludo Rhodum obsessam occiosi spectent, nulla non modo classe (quod factu facillimum erat) ad opem laborantibus ferendam instructa, sed nec Cimbula quidem ad miseros illos consolandos emissa, Quæ si (quod Deus opt. omen auertat) in ditionem hostilem concesserit, quis non ui deat eam captiuitatem densissimam noctem & tenebras perpetuas nomini Christiano insusu-

ram, Ex qua sæuissimi hostes tantam accessio-
nem diræ suæ crudeliq; tyrannidi facient, ut iã
omne sacratissimæ fidei lumen uideantur ex-
tincturi. Vos o Italicæ respublicę Principatusq;
appello, Cauete, cauete, ne quæ nunc ab alieno
corpore tela propellere negligitis, mox in uestra
& coniugum ac liberorum uestrorum præcor-
dia transfigantur, utq; posterior Affricanus in
incensæ Chartaginis conflagratione Romanæ
Vrbis occasum uersibus Homericis defleuit.
Tempus erit sacram quod deleat Ilion Vrbem
Ac Priamũ & Priami populũ regnũq; decori.
Vobis itidem in Rhodiana calamitate suæ
cuiq; patriæ calamitas & interitus est deploran
dus. Vos autem Reges opulentissimi quibus
uictimis, quibus piaculis, quibus lustrationi-
bus tantum flagitium eluetis, qui licet uestris
titulis quasi Dii tutelares salutem & securitatẽ
Christianæ reipublicæ polliceamini, quos uel
ipsa cognomina ad publicas clades leuandas in
flammare debuerant, Christianas tamen opes
per bella intestina distrahitis, euertitis, dilace
ratis, Illis illis quæ aduersus religionis hostes
oportuit, telis in ptopria uiscera conuersis, usq;
adeo mutuis inter uos odiorum facibus æstuan
tes, ut & Turcas uincere, & omnia perire ma-

litis, quam uel iure uel æquo aliquo inuicem cedere. Vos, uos inquam appello quos cum nominatim non audeam, nutu, significationeq; demonstro. Accurrite, per Deum immortalem accurrite, & perditis ac profligatis rebus, iam tandem opem afferte. extremum periculum cuiq; uestrum obuersatur ante oculos, quod prius fides & pietas debuerat, iam summa cogit necessitas, ut qui prohibere noluistis, ne hostili igne arderemus, saltem iam exustam & conflagrantem Christianam rempublicam, a tanto incendio liberetis. Quo autem tendit nostra insimulatio? cur publica omnium errata, in unum alterumue coniicimus? Accusetur negligentia Christianorum, accusentur intestinæ simultates, accusentur Ciuiles dissensiones. Hæc Turcas sub horrendis Caucasi montis radicibus latitantes, in mediam Europæ lucem eduxerunt. Hæc illos usq; adeo potētes, animosq; reddunt, ut iam de orbis imperio cum uniuersa Christianitate certare audeant; quid inquam audeant? immo propediem se illo potituros pro certo sperant, & iactare nō desinunt. Quæ mala cum tu Sapientissime pater, ex nostris mutuis dissensionibus profecta, aucta, cumulataq; intelligas, a pace generatim compo-

nenda, initium tui pulcherrimi Pontificatus es auſpicatus, quæ modo honeſta ſit, & (ut ille dicit) nihil inſidiarum habitura, quid poteſt eſſe ſalutarius? quid aliud apud Deum & homines gratius aut melius? Pax inter Principes Chriſtianos conſtituta, res una eſt, quæ non modo Turcas a Pannoniis poſſit auertere, Sed illos etiam ex omni prorſus extrudere Europa. diſſenſio autem ſi perſeueret, uniuerſas Chriſtianorum opes iam laceras & exinanitas radicitus eſt euerſura. Prudẽter Silurus filios (quos numero octuaginta & eos omnes mares habuit) ad concordiam eſt adhortatus, plurium enim haſtilium faſciculum, colligatum, cuiq; ut frãgeret ſeiunctim porrexit, quod ubi quiſq; fruſtra tentaſſet, ille arrepto diſſolutoq; faſciculo, haſtilia ſingulatim educta, facile omnia confregit, eo exemplo docẽs illos ubi inter ſeſe uniti conſentirent, firmiſſimos fore, & potentiſſimos, ubi autem ſepararentur atq; diſſiderent, imbecilles ac parum duraturos. Ideo mittis tu Beatiſſime pater Legatos in Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Britanniam, ad pacem ubiq; conciliandam, memor præcepti illius, quem in terris repreſentas, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, Vt ſcilicet

omnes uenerabili tuo augustoq; nomine per-
suasi, cunctas animorum offensiones, cunctas
inimicitias Christianæ reipublicæ condonent,
Et sepositis tandem odiorum irritamentis, com
muni saluti prospiciant & suæ. Si iampridem
eiusmodi Pontifices Christianæ religioni præ-
fuissent, nec illæ quattuor Orientales Ecclesiæ
funditus collapsæ iacerent, nec in tanta nunc
formidine uersaretur Europa. Nam dum ple-
riq;(eadem qua nunc tu, præditi potestate)po-
tius odium q̄ amorem, dissidia q̄ fœdera, bellū
quā pacem, in Ouili Christiano conserunt, tot
amplissima nostri nominis regna, per effusissi-
mum Christianorum sanguinem ac miseriam
a Turcis capta sunt, & oppressa, & pessundata.
Sed me cohibeo, ne in mortuos omniq; inuidia
carentes, Orationis aciem perstringere uidear.
Perge igitur quo cœpisti gradu Beatiss. pater,
eaq; pro communi religionis causa in medium
afferas, quæ & nomini tuo ad laudem immorta
lem, & uniuersæ Christianæ reipublicæ ad salu
tem & tranquillitatem sint accessura. Habes ad
iutorem omnipotentem Deum & Christianos
omnes Principatus habiturus es iussionibus
tuis obsequentes, Atq; in primis alumnū tuum,
Ferdinandum quo de uno ea tibi omnia indu-

bitato recipias quæ a Principe optimo, pietissimo, tuæq; Sanctitati deditissimo expectari debent, qui quicquid uirium, gẽtium, copiarum, quicquid deniq; potentiæ, auctoritatis, dignitatisq; obtinet, id omne ad tuæ beatiudinis ac sacrosanctæ ecclesiæ Romañ gloriam & decorem pro incorruptæ fidei sanctitate, propensissime atq; alacriter est collaturus.

Ad eundem Pont. Max.

Hostis adest duplex gemini noua cã triũphi,
Et figenda tuo bina trophœa tholo.
In te scismaticus funestas excitat artes.
In te Turca ferox bella cruenta mouet:
Ambo ardent fidei lumen delere, sed alter
Clam ruit in facinus, alter in arma palam,
Hic gladios uibrat, tetrũ uomit ille uenenum:
Viribus hic maior, fraudibus ille prior.
Dignus uterq; premi, sed longe inuisior ille est
Qui sub ouis specie pectora uulpis habet:

De Religiosissimo ac Eruditissimo opere extirpandis hæresibus nuper renouatis admodum salutari, a Pont. Max. Adria/no. vi: confecto, ad Reuerendissimum. D. Ioannem Rufum Archipræsulem Cōsen/tinum Carmen.

O cui siderei commissa est Principis aula
Consentine sacri gloria rara Chori.
Tollere uipereo seu scismata tincta ueneno/
Seu cupis æternæ pandere legis iter,
Perlege adoptiui mō quæ pater optimus orbis
Aedidit, arcanis mystica scripta notis,
Tempora cui triplici fulgent redimita tyara:
Imperioq; refert aurea sæcla suo.
Hic docet ut ueterum cōtagia prima parētum
Solueret: ex alto desiluisse Deum.
Vt latet intacta natus de uirgine Christus:
Sub cereris specie, sub specieq; meri.
Vtq; hominum nulli, sacro nisi fonte renatis,
Astriferæ pateat lactea zona uiæ.
Vtq; salutiferæ post prima piacula lymphæ,
Chrismate firmetur cœlitus aucta fides,
Hic reduces animas concreta labe nocentes
Expiat, atq; alio diluit orbe nefas.
Confessosq; docet certam sperare salutem:

Sit modo ſyncero corde petita ſalus.
Nulla maritales diuortia ſoluere tedas:
Vt nunq̄ a miſto corpore Chriſtus abeſt,
Vtq; ſacerdotum puro ſacrata liquore
Dextra, leuet ſontes, concilietq; Deo,
Cumq; nihil medica prodeſt Podalyrius arte:
Vnguinis extremi ſentiat æger opem,
Sanctorum generoſa cohors ut numinis iram
Leniat: utq; homini militet ipſe polus:
Pontifici ut ſummo ſit credita clauis olympi:
Qua patulas claudit, qua reſeratq; fores.
Theſauroſq; aperit ſacrata ſede recluſos,
Hinc uenia eſt miſeris indubitata reis,
Vt uentura dies totum quæ ſubruat orbem:
Exitium terris cum dabit ignis edax,
Cumq; renaſcentes induti corporis artus,
Quiſq; feret meritis præmia digna ſuis.
Non hæc Palladiis academia nouit Athenis:
Sed quibus eſt pura mens radiata fide.
Vt Deus excedit naturæ iura potentis,
Expendi humana ſic ratione nequit;

Reuerendo Dño Vianesio Albergato protonotario apostolico.

Si quis erit blandos inter numerãdus holores;
Si quis arioniæ captus amore lyræ,
Si quis Aristarcho qui naribus æmulus uncis,
Separet hybleis toxica mixta fauis,
Si quis erit fraudi qui noxia corda perosus,
Iungat orestea pectora chara fide,
Si quis erit placidas fando qui mulceat aures,
Seria siue uelit/siue iocosa loqui,
Si quis mẽte sagax, studio uigil/ore politus,
Dispeream, si non hic Vianesus erit.

F. Minitio Caluo Romanæ
Academiæ Cultori.

Tot tibi Balbus agit grates, quot creta racemos:
Quot calaber ſpicas, quot gerit hybla fauos,
Tu mihi Romulidum præſentia numina vatũ
Iungis, & in medio das Helicone locum.
Voti hæc ſumma mei, ſeniũ traducere muſis,
Linquereq; infœlix ambitionis iter.
Et quot habet ſacros Academia ueſtra poetas
Qua dabitur, ſtudiis conciliare meis.
Regum ſollicita quicũq; ſeneſcit in aula:
Aut furit, aut ultro poſtulat eſſe miſer.

Impreſſum Romæ in Cãpo floræ per Marcellũ
Silber Anno Dñi. M.D.XXIII. Noñ. Aprilis.